teneretur Deo Omnipotente ita ipsum cum eius testibus adiuvante. ideo
in sequentibus Iudicialibus Terminis proximis in Curia Regia Bransken
celebrandis. in quibus parti utriq[ue] ad exequenda praemissa ac id
quod iuris erit decernendum paratum et peremptorium praefixit
et conservavit. A quo Decreto Actorea pars ad Iudicia Ordina
via Tercvalia Tribunales Regni Lublinensis appellavit. cui appe
lationem Iudicium hoc idem admisit. Terminumq[ue] prosequendae
et Continuandae eiusmodi appelationis in illis Iudicijs Tribunalitys
Regni Lublinen. inter Causas Palatinatus Podlachiae Terrae
Bransken proxime celebrandis dum et quando ad iudicandum legi
time inciderit, parti utriq[ue] paratum et peremptorium praefixit
et conservavit.

G. Grzÿmek Krasowski RR. In Termino Consito. **Lucrum**

In Termino hodierno ex Aresto in praeteritis Terminis Iudicialibus no
mine citatorum imposito Rigoreq[ue] Iudiciorum eorundem ob intervenientes
literas Regium expeditionis bellicae limitationis et praefixionis Termi
ni in modernos Terminos Iudiciales legitime devenientes et incidente
conservato. Generosus Albertus Grzÿmek Krasowski Pincerna Terrae
Bielscen. in Domanowo heres Actor Nobilem Annam Holowczan
ka relictam consortem et filios eius Honestos Casimirum Augustinum
et filias Bogumilam et Annam filias ex olim Stephano Mateszylanski
Italo aligenigena genitos citatos ad Iudicium praesens per Ministro
Regni Generalem Nobilem Benedictum Proszenski ultra iuris formam
Diebus quatuor clamatos et non comparentes in lucro suo pro toto
simulis prioris condemnationis iterum post Arestum per Nobilem
Andream Brzozowski nomine citatorum in praeteritis Terminis Iu
dicialibus impositum ex Regestri Ordine ac admissione Iudicij praesentis
condemnavit iuxta suam originalem citationem contra ipsos extradites.
Franciscus Ioannes in Kloczew Teznowolski Bransken. Capitaneus
Rigore Regio et Nostra Capitaneali authoritate Vobis Nobilibus Annae
Holowczanka relictae consorti et filijs eius honestis Casimiro et Augustino
filijs Bogumilae et Annae filiabus ex olim Stephano Mateszylanski
Italo aligenigene genitis in Polonicis summam pecuniariam habentibus
ex eadem summa pecuniaria quae praesenti citatione in eius bonis apud Mag[nificum]
Stanislaum Jablonowski Senatorem Terrae Nurensis arestatata est et nunc
arestetur.

864006

ut impossessionatis mandamus ut Coram Iudicio Nostro Capitaneali Castrensi in Terminis Capitanealibus Castrensibus in Curia Regia Branscensi post datam et positionem praesentis citationis proximis celebrandis personaliter et peremptorie compareatis Ad instantiam Generosi Alberti Gissmeke Krassenski Terrae Bielscensis Pincernae in Domanowo haeredis Actoris. Qui vos tanquam minorennes qui estis cum assistentia matris vestrae et avunculorum Generosorum Joannis et Jacobi Holowkow ac patrui Alexandri Mateszylanski qui ex eis tutoriam vestram curam verentur citat secundo post poenam contumaciae super olim Stephanum Mateszylanski marito et patre vestro obtentam idque verificando causam et Actionem post mortem eiusdem Stephani parentis et mariti vestri eamque ad praesentem iuris in quo morte stetit indecisa revocando ad inscriptionem eiusdem Stephani Mateszylanski qui inscripsit se Venerabili Patri Francisco Mateszylanski Ordinis Sancti Francisci fratri suo summam debiti certi Octingentorum florenorum polonicalium pro tempore in eadem inscriptione expresso sub vadio simili et eius successoribus solvere, qua non attenta et summam eandem non solvit et provisionem ab ea summa debitam retinuit. Et post fata eius ex eadem summa respectu medietatis super alium fratrem Alexandrum Mateszylanski Quadringentos florenos vigore naturalis successionis spectantes hucusque retinuit et Actori moderno iuris cessum ab Alexandro Mateszylanski debitum solvere denegavit, ad quam solutionem vos uti successores bonorum et eius summarum pecuniariarum tenemini. citamini igitur ad videndum et attentandam super rebus et bonis vestris solutionem summae Quadringentorum florenorum cum provisione retenta decerni. In defectu autem vos in damnis quae sibi ad Mille Marcas polonicales aestimat vos condemnari contumacia vestra non obstante. Et quoniam Actio praesens vos uti successores summarum eius legitime spectat ideo sibi ad praemissa iudicialiter terminum attentaturi et responsuri datur in Curia Regia Branscensi feria secunda post Festum Sanctae Margarethae Virginis et Martyris proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo.

Eiusdem Pincernae Terrae Bielscensis; Bannitio

In Termino hodierno ex Actoris in praeteritis Terminis Iudicialibus nomine citationum imposito, vigoreque Iudiciorum eorundem ob intervenientes literas Restus